


11 clusionem ipsius matris, ut advertit *Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 56. num. 19. Rot. d. c. 424. nu. 24. coram Dumoz. jun.*

12 Inapplicabilis denique apparebat quarta conjectura promanans ex quo etiam post obitum filiarum Testator ordinavit Matrem gaudere debere usufructu, ejus vita durante, ut proinde cum idem Testator voluerit legatum præstari etiam ab hærede Pupillæ censeret voluisse excludere matrem ab hæreditate ipsius Pupillæ, cum non possit esse eodem tempore legataria, & hæres; Animadversum quippe fuit quod licet Testator dixerit quod post mortem ambarum filiarum *resisti la Padronanza à mia moglie essa vivente. e non essendo passata alle seconde nozze*, nullum tamen dedit ulteriorem substitutum, ac propterea cessabat absurdum, quod eodem tempore mater esset legataria, & hæres, dum non est designabilis hæres Pupillæ diversus ab ipsa Matre, qui posset legatum matri præstare.

13 Atque hinc extraneas à præsentis hypothese autumatant Domini, autoritates omnes adductas pro constabilienda efficacia dictarum conjecturarum, & signanter Decisiones emanatas in *Aquipenden. Immissionis 3. Julii 1713. & 29. Junii 1714. coram Reverendissimo D. meo Lancetta Decano; Singulæ namque percutiunt illum diversum casum*

inducendi substitutionem pupillarem ad exclusionem Matris ex reciproca admixta cum compendiosa, quando personæ, inter quas ordinata est reciproca, sunt pares, & ambæ impuberes, ut videre est in dicta *Aquipenden. Immissionis 3. Julii 1713. §. Mortuo*, ubi dicitur quod obierat *Victoria in tenera quinque annorum ætate*, & in subsequenti §. *in hoc rerum* uti enarratur quod deceaserat quoque *Catharina, in infanili ætate adhuc existens*; Nulla autem ex ipsis descendit ad casum, quo substitutio facta sit inter personas dispares, quarum altera de tempore conditi Testamenti sit jam pubes, altera verò impubes, in quo quidem casu diversa militat ratio pro exclusionem substitutionis pupillaribus, cum verificari non possit quod facta sit inter duas personas invicem, & mutuo, ut supra probatum est.

Firmato ex his quod Angelicæ Matri danda sit manutentio seu immissio pro tribus uncias ratione intestatæ successione ipsi debitæ in portione libera Claræ filix prædefunctæ pro eo quod attinet ad reliquas tres partes, seu residuales novem uncias hæreditatis Joan. Francisci suffragia Dominorum non fuerunt concordia, ideoque rescriptum fuit, *iterum proponatur.*
Et ita &c. utraque &c.



INDEX ACCURATISSIMUS

Rerum notabilium contentarum in DECISIONIBUS superadditis D. CASTILLO Tractatui de ALIMENTIS.

A



ALIMENTIS ad dotem, & è converso valet argumentum dec. 3. num. 15.
ACCEPTANS donationem continentem fideicommissum cum onere imputandi in legitimam, dicitur hanc cum fructibus voluisse compensare dec. 22. n. 16.
ACCESSUM aliorum ad mulierem sufficit reddi inverisimilem, & moraliter impossibilem dec. 9. num. 6.
ACTIO sub unâ conditione adempta per contrariam censetur concessa dec. 11. n. 12.
Actio subsidiaria pro alimentis non competit nisi aliis bonis excussis dec. 11. n. 7.
Actio substantiam non afficit conditio illius exercitio imposita dec. 11. n. 8.
ACTUS duo fieri possunt in unâ scriptura dec. 29. num. 11.
Actus intelligendus ad formam præcedentis ad quem refertur dec. 18. n. 7.
Actus præsumitur voluntati agentis non repugnare dec. 1. n. 15.
Actus præsumitur factus eo modo quo valere potest. dec. 28. n. 14.
ADDITIONEM hæreditatis non probant declarationes erroneè emissæ dec. 21. n. 24.
ADMINISTRATIO seniori potius quàm juniore commissa præsumitur dec. 1. n. 10.
Administratio vero requiritur in Patre ad hoc ut compensare valeat alimenta filiis præstita nec sufficit ficta & præsumpta d. 1. n. 20. dec. 12. n. 14.
Administratio penitus extinguitur elapso tempore ad quod fuit delegata dec. 1. n. 23.
AGNATIONIS contemplationem excludit prælatio feminarum masculis dec. 19. n. 27.
Vide in verbis Fideicommissum, Ratio.
ALENDI onus uti bonis infixum transit in successores dec. 3. n. 8. sed vid. n. 11. & 12.
Index Decis. ad Castill. Tract. de Alimentis.

ALIMENTA augentur aucta dignitate personæ, dec. 11. n. 18.

Alimenta debita ex æquitate quomodo taxari debeant ad differentiam aliorum dec. 3. n. 5.

Alimenta debentur successoribus futuris ex prædilectione Testatoris dec. 11. n. 4.

Alimenta & dotes fideicommissio universalis existente à particulari non extrahuntur dec. 11. n. 13.

Alimenta & sùptus litis præstare tenetur vir uxori litiganti super validitate matrimonii dec. 10. n. 1.

Alimenta fideicommissariis habentibus jus de præfenti non subsidiarie, & officio iudicis sed jure actionis debentur dec. 11. n. 1.

Alimenta filiis naturalibus vice duarum unciarum assignata transmittuntur in hæredes dec. 26. n. 4.

Et talis casu filius naturalis potius dicitur habere duas uncias quàm alimenta, dec. 26. n. 5.

Alimenta filiis per rescriptum Principis legitimatis debita majora sunt illis debitis filiis naturalibus, minora verò illis filiorum legitimorum & naturalium dec. 23. n. 1.

Alimenta filiis præstita à Patre non compensantur cum fructibus legati cum omnimoda libertate filiis relictis sub administratione paterna dec. 1. n. 2. & 5. & dec. 2. per totam.

Alimenta inter transversales debentur ex æquitate naturali non ex jure successione dec. 3. n. 9.

Sed vide ibid. n. 11. & 12.

Ideoque successores bonorum ad illa non tenentur dec. 3. n. 10.

Alimenta inter consobrinos non debentur dec. 3. n. 7.

Alimenta inter Transversales ultra primum gradum non debentur dec. 3. n. 1.

Limita ex æquitate inter nepotem, & amitam dec. 3. n. 2.

Hæc æquitas apud omnia tribunalia recepta est dec. 3. n. 3.

Alimenta mutuo repetuntur à fratribus obligatis præcepto paterno ad contributionem etiam sine præcedenti protestatione dec. 4. n. 9.

Vid.

G

Index Materialium.

Vid. alia in verb. Frater.
Alimenta per patrem filio data potius ad implendam naturalem obligationem, quam ad inducendam compensationem cum debito erga filium referenda sunt nisi contraria intervenerit protestatio dec. 1. n. 16. & 22. dec. 2. n. 12.
 Limita in Patre administratore dec. 1, n. 17. dec. 2. n. 13.
 Et utrum quoad ipsum procedat *Text. in L. Nefennius ff. de Negoc. gest.* dec. 1. n. 18.
Alimenta petens jure proprio non contradicit factio auctoris qui propria remisit dec. 11. n. 16.
Alimenta quando sint imputanda in legitimam dec. 5. n. 21.
Alimenta quoad novationem; vide Novatio.
Alimenta regulariter extra domum à Patre non sunt præstanda dec. 23. n. 8.
 Limita si gravis concurrat causa dec. 23. n. 9.
 Lis super alimentis cur non dicatur causa sufficientis dec. 23. n. 10.
Alimenta regulariter non transmittuntur in hæredes dec. 26. n. 1.
 Et specialiter de illis spurio debitis dec. 26. n. 2.
 Declara ibidem n. 3. & 4.
Alimenta subsidiaria debentur filiis etiam ex hæredatis dec. 26. n. 8.
 ALIMENTORUM ab onere non eximendus qui per illa in egestate conjici non probat, dec. 3. n. 4.
Alimentorum exactio super certo reditu censetur acceptata demonstrative non taxative dec. 10. n. 5.
Alimentorum electio impedit filio naturale petitionem duarum unciarum dec. 26. n. 11.
 Immo easdem uncias dicitur consumere dec. 26. n. 12.
Alimentorum in assignatione necessitas & honestas æqualiter considerati debent dec. 23. n. 3.
Alimentorum nomine quæ veniant dec. 23. n. 4.
Alimentorum quantitas collata est à jure in arbitrium judicis dec. 4. n. 12. dec. 23. n. 2.
Alimentorum quantitas quæ dicatur justa dec. 3. n. 6. dec. 11. n. 17.
Alimentorum quantitas inter partes stabilita præsumitur congrua pro quantitate personarum dec. 10. n. 6.
Alimentorum taxationem esse congruam probatur ab exemplis dec. 23. n. 5. & 6.
 Limita ubi concurrat diversitas rationis dec. 23. n. 7.
 ALTERNATIVA inter personas, inter quas cadit affectionis ordo, resolvitur in disjunctivam dec. 21. n. 3.
 Declara ut in eadem dec. 21. n. 7.
 APPELLATIONE filiorum quando veniant nepotes, vide in verbo Filiorum appellatione.
 Appellatione Fructuum quando veniat usufructus dec. 18. n. 11, 13. & 14. & dec. 13. & 14.

B

BONA emphyteutica ex pacto & providentia non veniunt appellatione bonorum paternorum dec. 15. n. 9.
 Sed vide in verbo Donatio.
 Bona fideicommissaria non sunt obnoxia creditoribus gravatorum dec. 22. n. 2.
 Tenentur in subsidium pro debitis fideicommissaris dec. 22. n. 14.
 Bona intricata, & oppignorata non ponuntur in calculo pro detractioe alimentorum & dotium dec. 11. n. 14.
 BONORUM successores utrum teneantur ad ali-

menta, vide in verb. alimenta.
 Bonorum sufficientiam probare tenetur qui alimentariam præstationem impugnat dec. 11. n. 15.

C

CAMBIUM, vide infra Creditor.
 CAUSA pia utitur eodè privilegio ac liberi quoad solemnitates testamentorum dec. 14. n. 15.
 CAUTELA Angeli servanda favore successoris in fideicommissio dec. 8. n. 2.
 CESSIO facta illi qui sublato jure cedentis, jure proprio totum est consequuturus, sive abdicativis, sive translativis verbis fiat, extinguit jus cedentis dec. 28. n. 11.
 Cessio translativa mutat personam possessoris, sed jus non extinguit dec. 28. n. 6.
 Cessio usufructus censetur facta proprietario uti tali, non uti extraneo dec. 28. n. 13.
 Vide alia in verb. usufructus.
 CLAUSULA in omnibus & per omnia acceptationem ad præjudicialia etiam extendit dec. 4. n. 3.
 Clausula salva gradus prerogativa representationem tollit dec. 16. n. 18. in verb. Repræsentatio.
 Clausula sine præjudicio juris tertio questiti censetur in legitimatione adjecta dumtaxat ad præservanda jura successionis dec. 8. n. 31.
 Clausule generales in donationibus restringuntur ad species expressas dec. 15. n. 10.
 Limita si addita sint verba universalialia dec. 15. n. 14.
 COLLATIO vid. in verb. Donatio.
 COMPENSATIO inter alimenta à Patre filiis præstita & fructus legati eisdem filiis relictis ex quibus prohibita censetur dec. 1. & 2.
 CONCUBINATUS verificatur cum muliere in famulatu retenta dec. 9. n. 10.
 Distingue ut ibidem n. 11.
 CONditio quando substantiam, vel potius exercitium actionis afficiat dec. 11. n. 8.
 CONFessione propria non datur major probatio dec. 27. n. 19.
 CONFessiones partium non reddunt licitam usuram dec. 27. n. 11.
 CONSOBRINI sibi invicem alimenta non debent dec. 3. n. 7.
 CONSTITUTIO Ægidiana quomodo procedat dec. 24. n. 1.
 CREDITOR cambii quid probare teneatur ad licitam fructuum exactioem dec. 27. per totam.
 CREDITORES non possunt petere legitimam à debitore renunciatam dec. 22. n. 15.
 CREDITORI asserenti solutiones cessisse in causa fructuum incumbit onus probandi dec. 27. n. 20.

D

DEBITOR conditione indebiti repetit fructus cambii solutos creditori ultra sortem dec. 27. n. 3.
 Debitor cambii solvendo fructus non fatetur veritatem transmissionis litterarum dec. 27. n. 9.
 DECISIO à partibus acceptata non est in dubium revocanda dec. 26. n. 13.
 DECLARATIO conditionata non potest in parte approbari, & in parte reprobari dec. 19. n. 12.
 Declaratio Fideiuciarii solemniter cum juramento emissa est attendenda dec. 29. n. 2.
 Vid. alia in verb. Fiducia, Fideiuciarus, Nominatio.
 DECLARATIONES parentum in præjudicium legitimæ filiorum non attenduntur dec. 5. n. 5.
 DEROGATIO fideicommissi quomodo, & quæ ratione non noceat vocatis quoad alimentorum conte-

Index Materialium.

consecutionem dec. 11. n. 5. & seqq.
 DESIGNATIO certi matrimonii indicat originem, non verò coarctat vocationem ad filios dec. 22. num. 6.
 DETRACTIONES turbidæ fideicommissario manutentionem non impediunt dec. 18. n. 20.
 Detractiones unius speciei si prohibeantur, aliæ non censentur prohibita dec. 18. n. 1.
 DICTIO Et quandoque stat disjunctive, nec requirit concursum copulatum dec. 20. n. 14.
 Dictio taxativa quid operetur dec. 15. n. 5.
 Dictio tamen est limitativa dec. 6. n. 6.
 DICATIONES ita tamen ut, non nunquam exponuntur declarativè, ut congruit subjunctæ materis dec. 17. num. 11.
 Dictiones tunc & eo casu quando stare dicantur demonstrative dec. 20. n. 15.
 DILECTIO major substituti quam filij in conditione positi ex quibus arguatur dec. 19. n. 11.
 Dilectio major filiorum in conditione positorum quoad portionem patris non admittenda dec. 19. n. 11.
 DISPOSITIO bonorum emphyteuticorum inter comprehensos in investitura est licita dec. 15. n. 11.
 Dispositio nova vel contraria testamento non probatur per duos testes quidquid sit de mera declaratione dec. 5. n. 4.
 Dispositio text. in l. Hæredes mei §. cum ita ff. ad S. C. Trebellian. explicatur dec. 19. & 20. per tot.
 Dispositio hujus Text. rejicit conjecturam desumptam ex digressu ad plures gradus substitutionum dec. 19. num. 18.
 DONANTI ad bona donata non datur regressus dec. 15. n. 1.
 DONANTEM voluisse donare quod ignorabat non est verisimile, dec. 15. n. 8.
 DONANTIS ignorantiam excludit universalitas verborum dec. 15. n. 13.
 DONATIO inter fratres quando comprehendat jus succedendi in bonis emphyteuticis ex pacto & providentia dec. 15. per totam.
 Donatio debet speciale mentionem continere de emphyteusi ex pacto & providentia, ut illam comprehendat dec. 15. n. 7.
 Declara hoc procedere in donatione facta personis non comprehensis in investitura, fecus verò favore comprehensorum dec. 15. n. 12.
 Donatio favore certi matrimonij cum contemplatione filiorum late intelligenda dec. 15. n. 20.
 Donatio facta a matre filis est conferenda dec. 5. num. 19.
 Donatio gratuita legitimam filiorum non minuit dec. 5. n. 4.
 Secus donatio onerosa dec. 5. n. 10.
 Quid de donatione mixta ibidem n. 16.
 Donatio utrum onerosa sit an lucrativa ex quibus cognoscatur dec. 5. n. 11.
 Donatio cum onere temporali reputanda est lucrativa dec. 5. n. 13.
 Donatio cum reservatione annuæ præstationis quomodo reputari debeat lucrativa dec. 5. n. 14.
 Donatio transfert in donatarium jura activa & passiva dec. 5. n. 15.
 Donatio cum reservatione unius successionis alias comprehendit dec. 15. n. 4.
 Amplia si reservationi fuit adjecta taxativa dec. 15. n. 5.
 Item si negativa universalis dec. 15. n. 6.
 Donatio reciproca mutuo partium dissensu resolvitur dec. 22. n. 17.
 DONATIONIS verba ampla comprehendunt jus
Index Decis. ad Castell. Tract. de Alimentis.

proveniens ab investitura pactonata dec. 15. num. 2.
 Maxime si pluries fuerint repetita dec. 15. n. 3.
 DOS in fructibus & in usufructu constituta. vid. dec. 18. & in verb.
 Fructus, usufructus.
 DOTE ad alimenta quomodo procedat argumentum dec. 3. n. 13.
 DOTES ex fideicommissio particulari non extrahuntur existente fideicommissio universaliali dec. 11. n. 13.
 DOTIS causa cessat cessante matrimonio dec. 18. num. 15.
 DOTALE lucrum vid. lucrum.

E

EGIDIANA constitutio quomodo procedat dec. 24. num. 1.
 ELECTIO alimentorum impedit filio naturali consecutionem duarum unciarum in hæreditate Patris dec. 26. n. 11.
 Electio commissarii vid. Fiducia, Nominatio, Hæres.
 ELECTIONE non facta succedunt omnes pro virili dec. 6. n. 4.
 EMPHYTEUSIS quoad renunciationem vid. in verb. donatio.
 EQUIPARATA diverso jure non judicantur dec. 13. num. 9.
 ERROR in muliere quomodo excludatur dec. 7. num. 11.
 EXCEPTIO firmat regulam in casibus non exceptis dec. 15. n. 15.
 Et declarat prædicata generis esse ejusdem qualitatis cum exceptione ibidem n. 16.
 Non facit comprehendit sub regula, quæ ea non facta non comprehenderentur dec. 15. n. 17.
 Distingue inter exceptionem dispositive & declarative sumptam dec. 15. n. 18.
 Et limita si exceptio esset superflua dec. 15. n. 19.
 Exceptio declarat regulam dec. 15. n. 2.
 Exceptio usuræ incontinenti probata impedit viam executivam, & effectum obligationis cameralis dec. 27. n. 21.
 EXEQUUTORIS factum tributur Testatori qui illud deputavit dec. 6. n. 1. dec. 29. n. 1.
 EXEQUUTORUM extraneorum datio in testamento minus solemniter inter liberos habetur non scripta dec. 12. n. 12. dec. 14. n. 25.

F

FACTUM suum sui que auctoris nemo impugnaverit potest dec. 18. n. 16.
 Factum inter parte, concordatum non admittit probationem in contrarium dec. 5. n. 12.
 FACULTAS nominandi ex quibus verbis liberè videatur concessa dec. 21. à n. 8. ad 11.
 Facultas nominandi liberè concessa efficit ne sit sequendus ordo scripturæ dec. 21. n. 5.
 Facultas nominandi unum ex filiis hæredibus institutis quomodo sit valida dec. 6. n. 12. & per totam.
 FAMILIAS per divitias conservari publicè interest dec. 6. n. 14.
 FEMINARUM prælatio masculis excludit contemplationem agnationis dec. 19. n. 27.
 FIDEICOMMISSARIO possidenti quando sit danda manutentio dec. 14. n. 4.
 Fideicommissario non impediunt manutentionem detractionis